

dicim⁹ hominem se peccare et non posse peccare: ut semper nos liberi sciteamur esse arbitrii. Hec est fides quam in catholica ecclesia didicimus: et quam semper tenuimus.

Ista est distinctio xviii⁹ huius secundi libri. In qua magister ostensa efficii gratia in libero arbitrio. Hic agit de sufficienti liberi arbitrii sine gra. Et tria facit. Nam primo exprimit pelagianorum errorem. Secundo subdit eorum obiectiones et obiectionum solutiones. Tertio subiungit veritatis affirmationem. Primum facit vsq; ibi. **Q**uod aut dicitur. Secundum vsq; ibi. Illud etiam diligenter. Tertium vsq; ad finem distinctiois. Et tunc in generali. In speciali sententia magistri stat in tribus propositionibus. quarum prima est hec. **Q**uod si liberum arbitrium in merito habeat magnam virtutem. tamen sine gratia non sufficit homini ad salutem. Hanc magister insinuans dicit qd liberum arbitrium non sufficit homini sine gratia ad salutem. Quis pelagiana heresis oppositum videat sentire. Nam pelagianus monachus a quo talia heresis denominatur. in tantum de libero arbitrio presumebat qd asserere gratiam dei dari sine eius merita. et etiam hominem posse implere mandata sine gratia. Unde in reparatione a comonachis suis dicentibus. ad quid gratia tunc necessaria esset: si sine gratia possemus ad implere mandata. Quis respondit ad hoc ut homo facilius cum gratia mandata dei adimpleri posset. Ad didit etiam alia inconuenientia que dicebat ex hoc sequentia. scilicet orationes quas facit etiam nihil conferre his pro quibus sunt saltem infidelibus et peccatoribus. qz ex sua propria voluntate conuertuntur ad deum. et non ex nostris orationibus. et qd gratia datur sine merita nostra et qd parvuli sine originali peccato nascunt. qd totum est hereticum. **S**ecunda propositio est hec. **L**iberi voluntate liberi arbitrii sit inuati. tamen sine gratia nullus potest dei adimplere preceptum nec vitare peccatum. Hanc magister insinuans ponit quinque rationes. quibus heretici illi scilicet pelagianum suam heresim confirmabant. **Q**uam prima est talis. Homo pro solum liberum arbitrium sine gratia potest vitare peccatum et facere bonum. ergo potest per solum liberum arbitrium mereri. tunc consequentia ex hoc. qd non imputat homini culpa qd vitare non potest. **A**ssumptum probant heretici auctoritate beati Augustini. qua dicitur qd voluntas est qua peccat et qua recte viuunt. Et respondens magister dicit beati Augustini illam auctoritatem in libro retractionum gloriassisse. et dicit eam cum additione fore intelligendam. scilicet qd voluntas qua peccatur et recte viuunt non potest in bonum dirigere. nisi per gratiam dei a peccato mandata luceat. **S**ecunda est. Si mandata dei sine gratia dei seruari non possunt. tunc aliqui non seruantes ea non peccant. ut patet de parvulis natis in peccato originali sed consequens est falsum. et sequentia patet auctoritate beati Augustini dicentis. qd nullus debet reputari reus pro deo quia non fecit qd facere non potuit. **E**t respondens magister dicit beati Augustini hoc verbum scripsisse contra manicheos qui posuerunt in homine duas esse naturas. unam bonam. aliam malam. bonam a deo. malam vero a diabolo. qd si ita esset tunc sine illa mala natura homo non posset facere bona. nec vitare qd posset bonum velle. et tunc homo non esset sibi imputandum qd non faceret bonum nec etiam qd esset malus. **T**ertia ratio est. homo resurgere potest a peccato sine gratia. igitur potest facere bonum sine gratia. tunc consequentia. scilicet assumptum patet auctoritate beati Augustini. qua dicit mutare voluntatem esse in potestate nostra. Et respondens magister dicit beati Augustini intellexisse qd quis mutare voluntatem sit in potestate nostra. hoc tamen est a deo per gratiam. **Q**uarta ratio est.

homo potest credere in deum absq; gratia. igitur et consequentia tenet. Antecedens patet per beati Augustinum dicentem qd credere et velle est nostrum. Et respondens magister dicens qd credere et velle dei est principaliter nostrum aut ex consequenti. **Q**uinta ratio est. habere fidem est naturale homini. igitur homo sine gratia potest credere in deum et habere fidem. et consequens bene facere. Et respondens magister dicens qd habere fidem est naturale homini. pro hoc non plus intendendum et diligendum. et nihilominus aptus ad credendum et diligendum. et nihilominus aptus ad credendum et diligendum. et nihilominus aptus ad credendum et diligendum. **T**ertia propositio est hec. **E**x predictis constat omnes hereticos illos errare qui dicunt nos ad bonum dei auxilio non indigere. **H**anc enim propositionem magister ponens dicit sententiam aliter illos hereticos errare qui ponunt hominem propter malam naturam non posse vitare peccatum. cuiusmodi fuerunt manichei. et etiam alios qui ponunt homines non posse peccare propter naturam bonam. sicut Ioviniani. quia ambe ille opiniones tollunt arbitrii libertatem. **S**im quam vt tenet sententia catholica. homo semper potest peccare et non peccare. Et tunc in speciali.

Utrum homo ante peccatum egerit gratia operante et cooperante.

Dist hec considerandum est. utrum homo ante peccatum egerit gratia operante et cooperante. **A**d qd breuiter dicimus qd non cooperante tamen. **S**ententia operante gratia indigebat. non quidem sine omnino operandi modum operantis gratie. **O**perat enim liberando et preparando voluntatem hominis ad bonum. **E**gebat itaq; homo ea non vt liberaret voluntatem suam que peccati serua non fuerat. s; vt prepararet ad volendum efficaciter bonum qd se non poterat. **N**on enim poterat bonum mereri sine gratia. vt Augustinus in enchiridionem tradidit. **I**lla inquit immortalitate in qua poterat non mori natura humana: perdidit liberum arbitrium. **H**anc vero in qua non poterat mori acceptura est per gratiam. quaz fuerat si non peccasset acceptura per meritum. **Q**uis sine gratia nec tunc vllum meritum esse potuisset. qz et si ipsum peccatum in solo erat arbitrio constitutum. non tamen iusticie habere vt retinere sufficiebat liberum arbitrium nisi diuinum preberet adiutorium. **E**cce his vobis satis ostendit qd ante peccatum homo indigebat gratia operante et cooperante. **N**on enim habebat quo pedem mouere posset sine gratie operantis et cooperantis auxilio. habuit tamen qd poterat stare.

Quod homo ante lapsum virtutes habuerit.

Preterea queri solet. utrum homo ante lapsum virtutes habuerit. **Q**uibusdam videtur qd non habuerit. id ita probare con-

Handwritten marginal notes on the left side of the page, including a large initial 'D' and various smaller annotations.

Handwritten marginal notes on the right side of the page, including a large initial 'D' and various smaller annotations.

Operante cooperante egerit. s; operante non egerit. s; omne modum quo ipsa operatur

Aug. in ench.

1473